

ACTA GENERALIS VIII. SYNODI:

sermone nostro potentia cōcludūt, tū etiā q̄ tēpus angustū est. Tota vestra oratio, Patres amp. in decem vel plures partes distribui potest: quas ipsi repetentes, ac ea p̄tereuntes silentio, quæ ad propositū nequaquā spectare vident, tantū decem ipsis partibus q̄ breuissime respōdebimus. Initio admirati fuistis, q̄ symbolum Nicenū recitaueris. Ipsi vero vobis iterū respōdemus, id ideo recitatū a nobis fuisse, vt vobis ostēderemus, pro duarū illarū primarū synodorū amplitudine, in tertia synodo in primis citatū, ac ipsarū duarū synodorū symbola pro vno tantū suscepta fuisse, ipsarūq̄ tertiā synodū simul interdixisse, ne cui liceret in postea ei quicquid apponere. ¶ Creditis ne primæ secundæq̄ synodi symbola in tertia recitata fuisset? ¶ Secundū symbolū lectū fuisse nō diximus, sed ip̄m a primo potētia cōtineri, vt fortissimis argumentis supra probauimus. ¶ Deinde prohibitionē ad fidē tantum, nō aut ad dictiones vel syllabas referri debere dixistis: ad quid quidē oīm synodorū decretis ac definitionibus innitētes, oratione longa rīdere possemus, in q̄bus plane decretis de symbolo ac interdīcto particularis mētio fit. Verū ipsa nobis ipsarū synodorū sensum clarissime patefacit, quippe, quæ quis sēpissime aliqua cogentur necessitate, nil tñ profus diuino symbolo voluerāt addere. Sed hæc tenent de secūda parte. Nā in tertia de scientiarū principijs mentionem fecistis, q̄bus etiā ipsi respōdemus, id duplici rōne verū non esse, qd ex ipsis principijs ostēdere volebatis. Altera quidē, q̄ omnibus principijs a natura cōcessum est, vt quatenus alicuius sciētia principia sunt, in eadē fieri cōclusiones nō possunt. Altera vero, q̄ vñ euenit, vt ipsis theologiæ principijs, in q̄bus versamur, nullus post tertiā synodum doctor quicquid addiderit: quibus ea, quæ declarauerāt, ab eis dē continerentur principijs.

Iul. Car.

Mar.

Bef.

And.

Bef.

And.

Bef.

Andr. Bef.

¶ Bene esset, Patres amp. vt nostras orationes scriptas haberetis. Sic em̄ seruato earū ordine, melius ipsi respōderetis. ¶ Nos ordinē vestrarū orationū seruare putamus, ea tamen disponendarū orationis partium facultate, qua vos in differendo vñ fuistis.

¶ Id sanē fieri potest, at tertiū vel quartū nominare locū, lōge aliter q̄ a nobis prolatum fuerat, nō licet. ¶ Nullum equidē orationis vestræ locum priuatum citauit, sed tertio vel quarto simpliciter protuli. ¶ Sic esto. ¶ Vnde ergo ingressi fuimus, redeamus. Cōclusiones non paucas a sanctis patribus ex fidei nostræ principijs demōstratas fuisse dicebamus, quas hi principijs ipsis, aut sacræ scripturæ noluerant addere. Nam illud, consubstantialē patri, ac in spirītū sanctū dñm & viuificantem, multaq̄ alia, quæ quis parua sint dictiones, atq̄ a sacra scriptura cōtentæ, principijs tñ nequaquā appositæ fuerant. Aut igitur hæc etiā scripturæ sacræ sunt appōndæ, aut symbolo nil profus addendū. Quod quidē ip̄orū sanctorū patrum sententia, eadē prædictū est auctoritate, qua sacra fulget scriptura. Omnīū autē synodorū acta post tertiā, ad ipsam tertiā vt rectam normā referri debere, non imus inficiās: non ita tamē, quæ admodū dicitis, vt ipsius acta cæterarū sint expositiones. Nāq̄ quo pacto fieri posset, vt posteriora prioribus explanentur, cum eius oppositū verū sit? Siquidem igitur posteriores doctores, præsertim beatus Cyrillus, qui Romani pontificis vicarius tertiæ synodo præfuit, necnon post ipsum beatus Agathon, eius synodi acta posteritati clariora reddiderant: sequit, vt ij, eorundem actorū expoitores merito appellandi sint. Quid em̄ ip̄orū literis clariūs? Scitu præterea dignū est, vt nō solum posteriorū doctorū verba, ad eiusdem tertiæ synodi dicta, verum etiam eorundem sensum ad ipsius intelligentiā referri oporteat, ita vt qua mētē ipsa synodus interdixerat, eadem etiam cæteræ prohibuisse putentur. Mens autē ipsi fuerat, syllabarum etiam accessionem vetare, vt is beatus Cyrillus suis literis declarauit. Necessario (inqt) synodus interdīctum hoc fecerat, ergo cæteras etiam synodos ad eundem finē aspicientes interdixisse credendū, vt re ipsa demonstrasse vident: quippe quæ quicquid addere symbolo noluisent, ac simul interdixissent, ne cui liceret, cū nō sine magna Christianorū pernicie fieri posset, alia cōponere symbola. Quod autē creditis hoc sancti Cyrilli dictū, nō tolerabimus, vt ab aliquo si des mutet, & reliqua, nequaquā significare, ne cui liceret symbolo quicquid apponere, sessione sequenti vobis respōdebimus, cui etiā perorabimus: ad illud em̄ nostra festinat oratio, vt breuibus interrogationibus ac responcionibus agere incipiamus. Mihi autē est, vt conuenimus, cum vno ex his amplissimis patribus disserendum. Sed hæc hæc tenent. Ad sequentē vero sessionem, fauētē deo, accingamur. Tum sancta synodus iussit, vt ad diē sequētis martis sessio prorogaret, quo decreto, sessio dimissa fuit.

¶ Dic